

benedictus in siciliam cum quibusdā alijs: qui capuam veniens a sancto germano episcopo benigne susceptus multa ibi miracula fecit. Nam primiceriū ecclesie capuane dolore capitis oppressum sanauit: rogatus quidē ab eo vt p se oraret. dixit ei. In noie iesu xpī cuius virtute ab aquis quibus traheretur ereptus sum: adiutusq; meritis patris mei benedicti: si fidē habes tante credulitatis restitui: at te deus pristinae sanitati. Liberauit et vnū cecū atq; filiū cuiusdā mulieris in vltimis laborantē: venit deinde beneuentū suscepit a sancto marsiano epō vbi liberauit claudum cum scabellis ambulantē sup genua: postea transtulit se canusū ad sanctū sabinū episcopum: inde accessit regiū ad sanctū sisimimum episcopū: tandē applicuit messanā. Et ibi de redditibus portus et possessionū patris q̄s donauerat sancto bñdicto fecit edificari monasterium in honore sancti iohannis baptiste. Quo cōpleto post multa signa que deus per illum fecerat martyrij coronā adept⁹ est. Nam venerant ad eum videndum fratres eius enticius et victorinus ac soror flauia cū multis alijs ex vrbe. Et ecce quidā manucha capitaneus: abdale sarraceni qui tunc toti hispanie p̄sidebat cū classi minutissima cepit portum messane fregit monasteriū et capros placidū et fratres ac sororē virginē: coegit abnegare fidem. Quod cum illi facere rennūissent post dies aliquos flagellatos et celos iussit tandē decollari. Diximus ista vt agnoscat vnusquisq; q̄s admirabilis fuit sanctus patris Benedicti: quē vt super⁹ enarrauimus tot insignes viri deuotione p̄cipua coluerunt.

De felici transitu patris benedicti: qui die sui obitus predixit: et de mira ipsius deuotione et qualiter eius gloria fuit duobus monachis reuelata.

Capitulū. iij.

Tercia p̄rogatiua sancti benedicti: quare eius memoria in benedictione est dicta vite p̄ntis cōsummatiō. Nam sicut sancte vixit: ita et sanctissime vite p̄ntis cursum expleuit. In eius quippe felici transitu tria occurrerūt sanctitatē eius p̄signantia.

Primū fuit vera p̄nunciatio.

Scōm singularis deuotio.

Terciu diuina reuelatio.

Primū fuit vera p̄nunciatio. Eodē quidē anno: quo de hac vita vir dei erat exiturus: obitus sui die fratribus nunciauit. Ante sextum vero diem sui exitus aperiri sibi sepulcrum iussit. Et licet sapiens dicat Ecclesiastes. ix. c. Nescit homo finē suū. Et p̄munis

erat sentētia q̄ nil incertius hora mortis: illud nihilomin⁹ intelligendū est fm cōm legem. Sed plerisq; deus ex priuilegio specialiter voluit diē suū exit⁹ reuelare. **S**ecundū qd̄ occurrit in transitu beati benedicti dicē singularis deuotio. Febribus nāq; corrept⁹ cū per singulos dies languor ingrauesceret: sexto die in oratoriū se portari fecit. Ibiq; exitum suū dominici corporis et sanguinis p̄ceptione munivit. atq; inter discipulorū man⁹ imbecillia mēbra sustentans erectis in celus manibus stetit et vltimū sp̄ritū inter verba orōnis efflauit. **T**erciu quod occurrit in transitu beati benedicti dicē diuina reuelatio. Ipa quippe die duobus fratribus vni in cella moranti: alteri lōge posito reuelatio eadem monstrata est: viderūt nāq; viā pallijs strata atq; innumeris coruscantē lam padib⁹ a cella sancti benedicti versus orientē vsq; ad celū tendentem. Cui venerando habitu vir quidā clarus assistens: cuius esset via quam cerneret inquisiuit. Qui cum nescire se diceret ait: hec est via qua dilectus deo benedict⁹ celū ascendit. Sepultus vero est in oratorio sancti iohannis baptiste: qd̄ destructa ecclesia appollinis ip̄e cōstruxit. anima vero illa tantis redimta virtutib⁹ de quibus p̄dictū est cum xpō letatur in vita beata: ad quā nos ip̄e iesus perducatur qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

Sermo quinquagesimus octauus de sancto Dominico institutore ordinis sacri p̄dicatorum.

Agnus vocabi-

Mtur in regno celorū. Scribuntur hec verba matth. v. c. que tñ san-

cto dominico appropriari p̄nt. Fuit quondā salutaris magnus a grecis alexander macedo. qz breui spacio et parua manu totū fere subegit orientē. Pompeus etiā dux p̄clarissimus dictus est magnus a romanis ob rerū gestarū magnitudinē. Nam fm Dorosii viginti duos reges orientales et populos innumera biles subdidit romane reipublice. Ob quod Lucanus ip̄m de se sic inducit loquētem.

Ante bis exactū q̄ cinthia cōderet orbē.
Omne fretū metuēs pelagi pyrata reliq̄.
Angustāq; domū terrarū a sede poposcit.
Idē p̄ sithici querēs diuortia ponti.
Indomitū regē romanaq; fata morantē.
Ad mortē sc̄illa felicioz ire coegi.
Pars mihi nulla vacat mūdi s; tota teneē.
Terra meis quocūq; iacet sub sole tropheis.

Hinc me victorē gelidas ad fasidis vndas.
 Artibos h3 calida medi9 mibi cōditus axis.
 Egipto atq3 vmbas nūq3 flectente siene.
 Occalus mea iura timet. thebimq3 fugacē.
 Qui ferit expus post oīa flumina bethis.
 De domit9 gignit arabs me marte feroces
 Amoni: notisq3 erepto vellere colchi.
 Cappadoces mea signa timēz dedita sacris
 Incertim dea dei mollesq3 suphene.
 Armenios cilicasq3 feros taurosq3 subegi.
 Quid locero bellū pter ciuile reliqui.
 hec ille. Propter q oīa Lucan9 de eodē dicit
 Brundusij nūcas cōscendit magn9 in arces.
 Sed Alexandri atq3 pompeij memoria pe-
 rijt cū sonitu: et dñs in eternū pmanet: q vo-
 luit longe meli9 bonozare sanctos ei9 q3 po-
 puli suos pncipes z dñs terre. Ideo nos ma-
 gnū inter sanctos dñicum gloriofum voca-
 mus q p9 deuictū mundū dominatq3 vicia
 coronat9 residet in regno celoz. Cū aut ho-
 dierna die festiuitas eius ab ecclesia celebret:
 equū esse arbitroz: vt tanti patris laudes ex-
 plicemus de quo verba in themate dicunt: q
 magnus vocabit in regno celoz. i. in eccle-
 sia militante. vt enī ait Grego. in omel. Re-
 gnū celoz pñtis tps ecclesia dicit in qua p-
 fecto beatus dñicus magnus merito pdicat
 Et maxime ppter triplicē illius excellentiā.

Prima dicit diuina reuelatio.

Secunda virtuosa decoratio.

Tercia sublimis priuilegiatio.

Qualiter sanctus dñicus fuit multiplici-
 ter reuelat9 tanq3 is qui a deo electus fuit: vt
 ecclesiā predicatōe sua et suoz illustraret.

Capitulū. i.

Prima excellentia beati dñici quare ma-
 gnus predicat9 ēz diuina reuelatio quia
 ei9 sanctitas fuit diuinitus reuelata: qd ostē-
 dim9 in septē reuelationib9 de eo factis. Pri-
 ma reuelatio fuit facta sybille heritree q pre-
 dixit sanctū dñicum velut stellā mundo irra-
 diantē venturū: sicut dicimus in sermone se-
 cundo de beato francisco. Et preter illa q ibi
 posuim9 subdidit ipa sybilla loquēs de bea-
 to dñico et de beato francisco. Erūt in dieb9
 vltimis due stelle lucidissime qbus erūt q̄t-
 tuoz aīalium facies. Tubā prioris stelle resu-
 ment in paupertate et directōe sp̄nētes diuini-
 tias: vociferabūt nomen agni. Scda reuela-
 tio fuit facta abbati Joachim: hic pter illa q
 dixim9 in sermone de beato frācisco sup Je-
 remiā ait. Sicut p moisen et iosue chanane-
 os dñs israelitis subiecerat: xpianis p paulū
 et iohannē euangelistā strauit idolatras: sic
 et nūc p duos futuros ordies signatos in il-

lis gētes incredulas subijciet et puerter. Et
 iterū ibidē. Expectabitis lucē. i. duos futu-
 ros ordies in moise et belia in montē eccle-
 sic cū dñio apparētes: q si nō acquieueritis ve-
 ritati plorabit in abscondito aīa mea. Et ite-
 rum ibidē refert. Sicut sodomā duo angeli
 euertērūt. et sinagogā similiter duo angeli io-
 hannes et xps: sic et nūc oportet vt duo ange-
 li officiū predicatōis habeāt in duob9 ordi-
 nib9 designati in moise et helya. Et ibidēz
 adhuc sequit9 Necesse ē vt qd linguis igneis
 aplis est ostensum pleniorē mysterio in futu-
 ris viris euāgelicis reuelādis in mundo tpe
 isto secto cōpleat. Et in eodē li. ita loquitur.
Noab z amon duo filij loth q nati sunt de
 incestu duos ordies extremos in prio reue-
 landos insinuāt q3 tanto durius afflictio se-
 culi deprimet q̄to instanti9 ptra ipm eoz ve-
 ratio sub ecclesie fluctuatōe p̄surget. Et rur-
 sus ibidē inq̄t. Sicut deficientibus patrib9 i
 deserto: sub iosue et caleph terrā sunt filij isra-
 el pmissionis ingressi: ita nunc sub euangeli-
 zantibus testib9 securis spiritualiū intelli-
 gentiā assequent. vita enī illoz. ppter vtriusq3
 sciam testamēti in melle simul et lacte versabi-
 tur: vt de verbis simplicib9 pficiat iustus: et
 de eloquijs mysticis stupeat eruditus. Tercia
 reuelatio fuit facta matri ipi9 sancti dñici
 Fuit enī ipe ex hispanie ptib9 villa q dē cala-
 roga ex omensis diocesis: pze felice matre aūt
 iohanna. hec aūq3 puulus nascere vidit in
 in somnis se gestare catulū i suo vtero arden-
 tē in ore faculā baiulantē: q egressus ex vtero
 totū mundū incēdere videbat: nec inanis fu-
 it hmoi visio cū predicatorēs in scriptura ca-
 nes vocent. sic p̄tz. xliij. di. c. sit rector. Quar-
 ta reuelatio facta fuit cuidā matrone que cū
 de sacro fonte leuauerat: videbat siquidē illi
 p somnū puer dñicus: quasi stellā habens in
 fronte: que totā terrā suo lumine plustrabat.
 Quinta reuelatio fuit cuidam magistro in
 theologia famosissimo apud tholosam: hic
 dum quodā mane ante diē suas lectiones p̄-
 uideret: oppressus graui somno caput suū in
 cathedra reclinauit z dor mire cepit: visumq3
 est sibi q septem stelle sibi p̄senterent. Qui
 dum de nouitate talis exenij plurimū mira-
 retur subito in lumine et quāitate tantū ex-
 creuerunt q totā patriā et mundū illumina-
 bant. Qui euigilans quid nam sibi hoc vel-
 let plurimū mirabat: et ecce dñi scholas in-
 trasset z legeret beat9 dñicus cū sex socqs eius
 dem habitus ad ipm magistrū hūiliter accē-
 serūt: intimātes eidē q fratres essent q euangeli-
 gelij dei in partibus tholosanis predicarēt.

significantes adhuc q̄ scholas suas venerāt
frequentare et lectōnes audire: qđ multo tpe
factū est. Recolēs ergo magister ille visionē
īpos esse septem stellas quas viderat nulla-
tenus dubitauit. **Sexta** reuelatio fuit facta
Innocentio pape. dum enī a deo inspiratus
ad ipm pontificē accessisset ipse dominicus:
postulassetq̄ cōfirmari sibi suisq̄ successoribz
ordinē qui predicatorz diceret et esset. cū
aliquantulū pōtisset difficilē se exhiberet: no-
cte quadā ipse pontifex videbat in somnis q̄
lateranensis ecclesia subito minaret ruīnam.
Qđ dū tremens aspiceret: et aduerso vir dei
dñicus occurrebat humerisq̄ suppositis totā
illā casurā fabricā sustentabat: quare exinde
virū dei pontifex libenter audiuit: annuitq̄
volente deo vocis eius p̄ omnia. **Septima**
reuelatio fuit facta ipi patri sancto domini-
co. dum enī ipse rome moraret instans p̄ sui
ordinis cōfirmatione: nocte vidit in spiritu
xp̄m in aere existentē et tres lanceas in manu
tenentē et cōtra mundū eas vibrantē. cui ve-
lociter mater occurrens quidnā vellet facere
inquisiuit. Et ille ecce totus mund⁹ tribz vi-
cīs plenus est. s. supbia luxuria et auaricia. et
Et ideo his tribz lanceis ipm volo p̄m̄ere.
Tunc virgo ad ei⁹ genua p̄cides ait. fili cha-
rissime miserere et tuā iusticiā tēpera: cui xp̄s
Rōne vides quāte mihi iniurie irrogantur
cui illa. Tempera fili furorē et paulisp̄ expe-
cta. habeo enī fidelē seruū et pugilē strennuū
qui vbiq̄ discurrens mundū et vicia expugna-
bit et tuo dominio subiugabit. Aliū q̄ seruū
tuū sibi in adiutoriū dabo: qui secū similiter
decertabit et xp̄us rñdebat. **Uellē** videre q̄s
vis ad tantū officiū destinare. Tūc illa xp̄o
sanctū dominicū p̄ntauit. Cui xp̄s: vere bo-
nus est et strenuus pugil iste et studiosē fac
et q̄ didisti: obtulit etiā sanctuz franciscū. Et
hunc xp̄us sicut et primū p̄ter cōmendauit.
Sanctus q̄ dñicus sociū suū in visione sua
diligēter p̄siderās quē ante nō viderat i cra-
stino in ecclesia inuentū ex hisq̄ nocte vide-
rat sine indice recognouit. Et in eius ample-
xus et oscula sancta ruens ait. Tu es socius
meus: tu p̄ter currens mecū: stemus simul et
nullus aduersari⁹ p̄ualebit: visionē q̄s p̄di-
ctam sibi p̄ ordinē enarrauit. Et extūc factū
est eis cor vnū et aīa vna in dño

**De septem precipuis virtutibus beati do-
minici.**

Capitulū. ij.

Secunda excellentia beati dominici q̄re
magnus vocatur dicitur virtuosa deco-
ratio. Fuit enim septem virtutibus p̄cipuis
decoratus.

Prima dicit corporis mortificatio.

Secunda primalis cōpassio.

Tercia feruens oratio.

Quarta mundialis despectio.

Quinta martyrii desideratio.

Sexta euangelica p̄dicatio.

Septima virginitatis p̄fessio.

Prima virtus beati dominici dicit corporis
mortificatio: voluit enī corpus castigare
et in seruitutē redigere: ne anima sensualibz
delectatōibz pollueret. Et vt in legenda ei⁹
narratur. Dum esset adhuc puerulus: nondū
a nutricis diligentia segregatus: deprehē-
sus est sepe lectulum dimittere: quasi carnis
iam delicias abhorreret: quare declinata stra-
tus mollitiē frequentissime super terrā dor-
miebat. Insuper dum esset palentie in studio
vinum per decenniū nō bibit: postmodū la-
cescente stomacho compulsus est a bone me-
morie Didaco exoniensi episcopo modico
vino vti. Quid plura per multa tempora sin-
gulis noctibz: recipiebat manu sua propria
de quadam cathena ferrea tres disciplinas:
vnam pro se: alterā pro peccatoribus qui ver-
santur in mundo: terciā pro his qui in pur-
gatorio cruciantur. Tholose cū socio in pa-
ne et aqua quotidie totā quadragesimā per-
transiuit super tabulas dormiendo. Idē fe-
cit aliam quadragesimā apud carcasenam.

Secunda virtus beati dominici dicitur
proximalis cōpassio: cum esset palentie et fa-
mes validā multos affligeret: dū adhuc erat
in seculo venditis libris et omni suppellecti-
li acceptum precium. Dispersit dedit paupe-
ribz. Quo exemplo magnos clericos et di-
uites ac magistrōs ad misericordie opera p̄-
uocauit. Narratur adhuc de ipso q̄ dum in
propria patria moraretur: quedā mulier cō-
questa est ei fratrem suum apud sarracenos
detineri captiuū. Ille vero nimia cōpassio-
ne cōmotus: seipm̄ pro redemptione captiui
vendendū obtulit. Sed deus hoc nō permī-
sit qui eum ad alia maiora reseruabat: nam il-
lī mulieri aliter pulsū fuit: sanctus dñicus
nō fuit p̄cio venditus.

Tercia virtus bea-
ti dominici dicitur feruens oratio: nocturnis
quidem horis nemo vigilijs et obsecrationi-
bus per omnē modum instantior diem im-
partiebatur proximis: noctem deo. Sepe es-
tiam cōringit vt in via superuenientibus plu-
uijs sua sociorumq̄ vestimenta madefierent
cunq̄ post cenam socij eius remanerent ad
ignem vt velles ad exticcandum extenderent
et corpora recrearēt vir dei sic eum vestibus
madefactis ad orandum intrabat ecclesiam.

Quarta virtus beati dominici dicitur mundialis despectio. Nam spreto mundo adhe-
sit exomenii epō a quo in sua ecclesia factus est
canonicus regularis: ibique licet inuitus fa-
ctus est superior monasterij. **Q**uinta virtus
dicitur martyrij desideratio. desiderabat quip-
pe effici martyr p̄ christo. Et dum cōtra he-
reticos predicaret: illi necem sibi minabant.
Ipse vero intrepidus p̄manebat: p̄transibat
loca in quibus insidie sibi parate erāt secu-
rus. Et dum semel heretici dixissent sibi: qd
faceres si te cōprehenderemus? Respondit:
rogare vos ne mihi breui cōpendio mortem
celerē inferretis sed paulatim ⁊ successiue mē-
bra singula mutilantes: deinde oculos meos
eruantes ad vltimū semiuinū laceratūq; cor-
pus pmitteretis sic cruentatū in suo sangui-
ne volutari. vel prorsus ad libitū necaretis:
ad que verba heretici cōpuncti destiterūt vl-
tra insidiari ei. **S**exta virtus dicitur euā-
gelica predicatio. p̄dicauit namq; longo tem-
pore cōtra hereticos: et p̄pterea ordinem pre-
dicatorum instituit de quo ipse talem habuit
visionē. Dum rome in ecclesia sancti petri p̄-
dilatione sui ordinis oraret gloriosos apo-
stolos petrum et paulū ad se venientes aspe-
xit quorū primus petrus videlicet baculus:
paulus vero sibi librum tradere videbatur: ad-
debantq; dicentes. vade p̄dica: quoniā a deo
ad hoc ministeriū es electus. **B**orq; in mo-
mento temporis videbatur ei q; filios suos
per totum mundū dispersos aspiceret ince-
dentes binos et binos. et verbum dei popu-
lis predicantes: qua propter tholosam re-
dians fratres suos dispersit. Et quosdā qui-
dem in hispaniam: quosdā vero parisiis: al-
ios tandem bononiā destinauit. **S**epti-
ma virtus beati dominici dicitur virginita-
tis p̄fessio. professus quidē est virginitatem
quā corde et opere amplexus est: illamq; vsq;
ad mortem seruauit: ob quod et osculo ma-
nus eius quidam a stimulo carnis valde ve-
patus liberatus est. **E**rat ille scholaris qui mis-
sam audiens beati dominici manū eius cū
reuerēcia et deuotiōe osculari poposcit. Quā
deosculans miram odoris fragrantia sensit.
Et extunc estus libidinis mirabiliter in eo
refriguit: vt qui ante erat vanus et lubricus
efficeretur postmodū cōtinens atq; castus.
Quanta mundicie puritate eius caro pol-
lebat: cuius odor tā mirabiliter sordes men-
tis purgabat.

De septē priuilegijs in quibus deus sub-
limem fecit beatū dominicū.

Capitulū. iij.

Tercia excellentia beati dominici quare
magnus vocatur dicitur sublimis priuile-
giatio: sublimē quippe fecit illi deus in septē
priuilegijs.

Primū dicitur ordinis approbatio.

Secundū fratrum multiplicatio.

Tercium p̄phetica illuminatio.

Quartū miraculosa coruscatio.

Quintū diabolica effugatio.

Sextū felix cōsummatio.

Septimū ecclesiastica veneratio.

Primū priuilegiū beati dñici dicitur ordi-
nis approbatio. Instituit enī ipse ordinē p̄di-
catorum ad docendū predicandū et cōfessio-
nes audiendū: ad vtilitatē primorū ad obse-
quium dei: ad expugnationē hereticorū: ad
defensionem fidei: et ad cōseruationē diuini
cultus. **E**cepit autē ordo ille Anno dñi. **D**.
cc. xvi. **I**llum approbavit Innocentius: et cō-
firmavit Honorius: ab isto ordine secutus
fuit ordo sororū inclusarū. **Q**uarū caput fu-
it monasteriū de pruliano: deinde secutū est
monasteriū de montargis. **C**ui p̄fuit bea-
ta Anutia de iouiniaco. **E**t monasteriū san-
cte agnetis de bononia: cui p̄fuit quedā bea-
ta cecilia. **E**st etiā aliū ordo sororū de peni-
tentia beati dñici: quarū religionē confirma-
uit ecclesia romana et multis priuilegijs do-
tauit: in quo ordine floruerūt beata margari-
ta filia regis vngarie. sancta katherina de se-
nis. beata iobanna de castello. beata beneue-
nuta de cinitate austria: et multe alie. **S**e-
cundū priuilegiū beati dñici dicitur fratrum
multiplicatio. nō enī fieri potuit absq; vir-
te dei: vt in ordine sancti dñici tam breui spa-
cio tot fratres multiplicarent. **Q**uorū aliqui
excellentes fuerūt rōne martyrij: sicut sanctus
petrus martyr: frater dñicus socius eius: fra-
ter corradus theotonicus. frater guilhelmus
et frater bernardus de rupe forti. frater stepha-
nus de narbona. frater raymundus carboni
qui in castro auinioneti diocesis tholosane
ab hereticis p̄ fide christi et obedientia san-
cte romane ecclesie occisi fuerunt cantando.
Te deum laudamus. **A**lij fuerūt prestantes
merito vite: qui et miraculis coruscarunt. sicut
frater reginaldus sancti auiani. frater ben-
ricus altisiodorensis. frater iordanus. frater pe-
laginus hispanus. frater petrus golfalng hispa-
nus. frater mauricius toletanus. frater dñicus
de vallerica. frater bernardus de cantro. frater
gualterus basilienfis. frater bernardus de va-
lconia. frater iohānes de valētia. frater cabertus
lugdunensis. frater dñicus segobiensis. frater ambrosius
senensis. frater iacobus de anagnia. frater ia-

robustus de venetijs: frater marcolin⁹ furliniensis: frater simon ariminenfis. Nonnulli infu-
per fratres ordinis sancti dñici singularissimis
mi habiti sunt. ppter scientiā et doctrinā quo-
rum noia explicabim⁹ i sermone de cōceptio-
ne virgīs gloriose. vltra q̄s adhuc pñssimi
iuris consulti de illo ordine p̄dierūt. Sicut
Raymund⁹ de penna fori cōpilator decreta-
lium. frater iohannes coloniēsis: cōpilator
summe cōfessor. frater brocardus theotoni-
cus. frater rogerius briciensis. frater bartho-
lomens pisan⁹. frater vlticus argentinēsis.
et alij plurimi. Ob q̄d et pleriq̄ assumpti fue-
runt ad ecclesie dignitates. Sicut hugo po-
stillator tot⁹ biblie. Robertus anglie. Ni-
colaus de prato. et alij multi qui fuerūt cardina-
les. Pontifices vero maximi fuerunt pe-
trus de tarantasia dictus innocēti⁹ quintus.
Nicolaus de trevisio dictus benedictus. xi.
Johānes de vercellis q̄ electus summ⁹ pon-
tifer morte puentus nō fuit coronat⁹. **T**er-
cium privilegiū beati dñici dñi pphetica illu-
minatio: habuit quidē lūmē p̄phetie. Sicut
pbatū est indicij manifestis. p̄dicante nāq̄
ip̄o patre glorioso in p̄tibus tholosanis. cū
quidā heretici essent incendio deputati. aspe-
xit sanct⁹ dñicus vnū eorū: et officialib⁹ curie
dixit. Istū referuate q̄d factū est. conuersusq̄
ad eū blandeq̄ alloquēs. Scio inq̄t fili mi
q̄ adhuc licet tarde bon⁹ hō eris et sanctus.
dimissus ille p̄ annos multos in heresi p̄mā-
sit. Tandē dei gratia illustrat⁹ ad lumen ve-
ritatis venit. Et fact⁹ frater ordinis p̄dicato-
rum vitā suā laudabiliter duxit et feliciter cō-
summavit. Rome insuper dum habitaret in
sancto Sixto quadā die fratrib⁹ ad capi-
tulū cōuocatis palā oībus nunciavit: quat-
tuor fratres et ip̄is in breui duos in aīa du-
os in corpore morituros. Inde ad aliq̄s di-
es duo fratres migraverūt ad dñm. duo vero
ad seculū tendentes penitus de ordine recel-
serunt. **Q**uartū privilegiū beati dñici dñi
miraculosa coruscatio. voluit enī deus illum
coruscare miraculis. Ex quib⁹ aliqua expli-
cabinus. Rome die quadā adolescēs cōsan-
guineus dñi stephani cardinalis de fossa no-
ua. lapsus equi p̄cipiti grauit̄ collisus defe-
rebat exanimis: plangentib⁹ cunctis cōtigīt
illuc beatū dñicum p̄perare. Quidam bonus
frater Lanchredus nocte beatū dominicum
exorant vt oraret p̄ illo. Quare beatus do-
minicus fecit illud corpus in cōclauē repoz-
tari. Et facta oratione p̄tinus eum vite resti-
tuit. In loco sancti Sixti architectū cōtrītū
sub quadā ruina de cauerna subductū orōis

sue suffragio vite simul et sanitati restituit.
In eodē loco cū essent fratres circiter quinq̄
quaginta die quadā imminēte refectōis ho-
ra. p̄curator. s. frater iacobus romanus ad san-
ctum dñicum accessit. **E**xposuitq̄ nō esse pa-
nem ad sufficientiā. **E**t sanct⁹ dñicus id q̄d
erat diuidi et sup̄ mensam poni mandauit.
Cōuenerūt ergo fratres dñi p̄ ordinē resi-
derent et vnusq̄sq̄ buccellā cum gaudio susci-
peret. **E**cce duo iuuenes eiusdē habitus for-
meq̄ cōsimilis refectoriū intrauerūt pallios
plenos panib⁹ ferentes et beato dñico in capi-
te mense silenter obtulerūt et subito discesse-
runt ita q̄ nullus vnq̄ scire potuit vñ vene-
runt vel quo diuertissent. **I**n eodē loco dñi
p̄renoiatus frater iacobus vñctione suscepta
laboraret in extremis. dolētib⁹ fratrib⁹ q̄
vtilē hōiem p̄debant dñicus cōpassione mo-
tus exclusis oībus clausoq̄ ostio orōnī se de-
dit: fratrib⁹q̄ vocatis in columē frat̄e ip̄is
p̄ manū p̄ntauit. **I**n p̄tibus tholosanis cum
transisset nauigio quadā aquā: nauta im-
portune precij petebat: cui beat⁹ dñicus mer-
cedē eterne vite pollicebat asserēs. **A**rgenti
et aurū nō est mibi. **A**t ille ad irā puocatus
p̄ cappā eū apprehendit inquitens. nisi soluer⁹
nō te dimittā. **T**unc vir dei erectis in celum
oculis paululū intra seipm̄ orans. mox in ter-
ram p̄spiciens denariū diuino nutu p̄curat-
um asperxit dixitq̄ illi. **T**olle et me dimitte.
Sunt et alia ei⁹ miracula multa in vita ip̄i⁹
et in morte verissime cōprobrata. **Q**uintū
privilegiū beati beati dñici dñi diabolica ef-
fugatio. **A**d sanctitatē nāq̄ eius p̄probandā
voluit deus vt demones ab obsessis corpore
bus ad eius imperiū discederēt. **E**ū multos
a demonib⁹ liberauit. **S**extū privilegiū
beati dñici dñi felix cōsummatio. appro-
pinquante nāq̄ sue pegrinationis termino
cōstitutus apud bononiā. graui cepit corpo-
ris infirmitate languere vbi post multa des-
uotionis signa ad extremā horam veniens.
Anno dñi. **D**ccxxi. dormiuit in dño. **E**a-
die frater Guale prior bricie postmodū eius-
dem ciuitatis episcopus. cū se sopori paulu-
lum dedisset vidit in somnis quasi apertū ce-
lum et duas scalas quarū vnā in summitate
retinebat x̄ps. aliā virgo mater. **A**ngeli autē
ascendebāt et descendebant. **E**t in imo scala-
rum sedes posita erat in qua sedebat quidam
frater p̄dicatoz facie habēs velatā caputio si-
cut solent fratres sepeliri. **I**esus autē et mater
ei⁹ scalas sursum retrahēbāt donec sedēte in
celū eleuato aptura celi clausa ē. **I**ntellexit ex
post p̄dict⁹ frater sc̄m dñicū eadē die et hora

ex hac vita migrasse. Eadē die frater Rabbobu-
 re existens qz audierat sanctū patrē bo-
 nonie egrotare celebrans missam cum venis-
 set ad illū locum in quo de viuis cōmemora-
 tio fieri cōsuevit orans p patre factus est in
 extasi. Raptusqz in spiritu vidit virū dei do-
 minicū corona quadā laureatū totūqz mira-
 bili splendore fulgentē duobus quibsdā re-
 uerendis viris comitatū hincinde extra bo-
 noniam via regia pcedentē. Intellexitqz qz
 eadez hora domicus ad celos migrauerat. s.
 hora sexta feria sexta. **S**eptimū priuilegi-
 um beati dñici dicit ecclesiastica veneratio.
 Nam ecclesia sancta dei statuit dominicū ab
 oibus xpi fidelibus venerandū cuius festuz
 celebraz annuatim ordinēqz suum multis fa-
 uoribus et gratijs spiritualibz psequit. Sic
 enī placet summo deo qui vt prediximus in
 prima pre elegit dominicū ducē populi sui z
 predicatorē euangelice doctrine. **H**ic igitur
 est ille pater et patriarcha eximius qui tetrū
 et horridū seculū sua vita et scientia illustra-
 uit. Quisqz filij in dies prauitātē hereticaz
 validissime persequunt. **H**unc deuotōe sin-
 gulari colamus per quē deus tanta magna-
 lia dignatus est operari. qui onere carnis de-
 posito nunc gaudet atqz letatur inter agmi-
 na angeloz laudans et benedicēs xpm p in-
 finita secula seculoz. Amen.

Sermo quinquagesimus nonus de san-
 cto Vincentio doctore eximio ac celeberrī-
 mo famosissimoqz predicatorē ordinis pre-
 dicatorum.

In medio ecclesie
 aperuit os eius. Sapientis verba
 sunt ista originaliter Eccl. xv. ca.
Instante necessitate horū temporū quibus
 mundus quasi totus vicijs erat obrutus: et
 xpiana religio naufragiū pati videbat. susci-
 tauit deus spiritū sancti vincentij: qui sua p-
 dicatione innumerabiles populos cōuertit
 et reformauit. hunc nō ab re sancta romana
 ecclesia cathalago sanctorū ascripsit. Quem
 Calixtus tercius in vrbe maxima solēniter
 canonizauit. statuitqz illū a cunctis fidelibz
 venerandū. Quapropter vt ei⁹ festiuitas de-
 uotione feruentissima celebret: dignū duxi
 in hoc sermone illius p̄dicationis laudes exi-
 mias recensere. de quo cōuenientissime dici
 pnt verba in themate posita: in quibus tria
 mysteria pponimus cōtemplanda.

Primū dicit idoneitatis.

Secundū singularitatis.

Terciū utilitatis.

Ex beatus vincentius fuit idoneus ad p-
 dicandū tum qz gratia dei fuit in illo: tum p-
 pter scientiā: tum etiam ppter sanctitatē vite.

Capitulū. i.

Primū mysteriū p̄templandū de p̄dica-
 tione sancti vincentij dicit idoneitatis. Fu-
 it quippe ipse idoneus ad p̄dicandū euangeli-
 um xpi triplici rōne.

Primo rōne gratie inspirantis.

Scdo rōne scientie excellentis.

Tercio rōne vite resplendentis.

Primo fuit idoneus ad predicanđū rōne
 gratie inspirantis. pie quidē tenere possumus
 beatū vincentiū fuisse inspiratū a deo: vt or-
 dinem sancti dñici ingrederet. **N**ā vt in ep̄
 legenda narrat ipse natus est valentie ex fami-
 lia ferrarioz parentibus clarissimis et bone-
 stis. Qui tres filios genuerūt. s. petrū vincer-
 tium et bonifaciū. hic bonifacius fuit iuris
 virisqz doctor peritissim⁹. qui extincta vxore
 suā beatū vincerij carthusiensij habitū
 suscepit: in quodāz monasterio extra muros
 valentie: qd ab incolis vocat porta celi. **E**t
 ob sue vite gravitatēqz morū: post quattuor
 annos illius ordinis electus fuit rector gene-
 ralis. **E**t vt de beato vincentio dicam⁹ quib-
 busdam inditijs quantus euasurus esset ostē-
 sum est. Patri nāqz eius dormienti nocte qua-
 dā visum est qz cū in ecclesia fratrz predicatorū
 esset quendā virū venerabilē in habitu
 sancti dñici predicantē audiebat. **C**ūqz illuz
 attente deuotissimeqz audiret. Ille dicebat.
Cōgratulor tibi o fili dilectissime. post pau-
 cos enī dies vxor tua pariet tibi filiū: cuius
 erit tāta vite integritas: tāta doctrine utilitas:
 tāta fame ac mirabiliū operū claritas: qz oēs
 hispaniarū galliarūqz populi: cū tanqz vnū
 ex veteribus apostolis venerabunt. **E**ritqz
 frater ordinis cuius me esse vides post qd di-
 cta multitudo que ibi adesse videbatur ma-
 gnis vocibz deo gratias referebat. **I**taqz vñ
 et ipse in illi⁹ modi gratiarū actione sese mul-
 titudini cōformē reddere conaret: statim exci-
 tatus est conatuz vocis dormientē vxorem
 excitauit. **P**ater insup ipsius vincentij dum
 cōcepisset satis leuiter cū portauit. **E**t dum
 eum gestabat in vtero audiebat sepe tanqz vo-
 ces canis latrātis emitti qd a multis dei ser-
 uis precipue a iohanne valentie vrbis ep̄o.
Interpretatū est qz filius quē retinebat in v-
 tero futurus esset euangelij xpi feruentissim⁹
 p̄dicator. **D**um aut ex vtero infans pdijt: et
 ad baptizandū delatus esset: multa erat inter
 suos de noīe ei imponendo dissentio. **A**t sa-
 cerdos illum baptizans. Vincentius inqz